eſſe hoc, aut non eſſe ſignificat. Quare non vtique omne ita, & non ita, ſe habet. Item, ſi homo vnum ſignificat, ſit autem hoc animal bipes: dico autem vnum ſignificare hoc, ſi hoc eſt homo: ſi quid homo ſit, homo eſt homini eſſe. Nihil autem differt, etiam ſi plura quis ſignificare dicat, ſolùm ſint determinata: imponeretur etenim cuilibet orationi aliud nomen. Dico autem vtputa, ſi non dicat hominem vnum ſignificare, ſed multa, quorum vnius quidem vna oratio, animal bipes, ſint autem cæteræ quoque plures, determinatæ verò numero: imponeretur etenim proprium nomen ſecundum quanque orationem. Quòd ſi non poneretur, ſed infinita ſignificare dicat, manifeſtum eſt, quòd non eſſet oratio. Non vnum enim ſignificare, nihil eſt ſignificare. Nominibus verò non ſignificantibus perit ipſa re vera diſputatio, & ad inuicem, & ad ſe ipſum. Nihil enim intelligere contingit, nihil vnum intelligentes. Quòd ſi contingit, imponetur nomen huic rei, vnum. Nomen itaque vt à principio dictum eſt, ſic aliquid ſignificans, & vnum ſignificans. Non poteſt igitur homini eſſe ſignificare id, quod nõ eſſe homini, ſi homo quidem non ſolum de vno, ſed etiam vnum ſignificat. Non enim hoc dicimus vnum ſignificare, quod de vno. Hoc enim modo, muſicum etiam & album, & homo, vnum ſignificarent: quare vnum, omnia erunt: vniuoca nanque: & non erit eſſe, & non eſſe idem, niſi ſecundum æquiuocationem: ſicuti ſi quem nos hominem nominamus, alij non hominem vocarent. Quod autem dubitatur, non eſt hoc, ſi contingit ſimul idem eſſe, & non eſſe hominem nomine, ſed re. Si autem non alterum ſignificat homo, & non homo, patet quòd nec non eſſe homini ab eo, quod eſt eſſe homini. Quare homini eſſe, erit non homini eſſe: vnum nanque erit. Hoc enim ſignificat vnum eſſe, ſicuti tunica & veſtis, ſi ratio vna. Si autem erit vnum, vnum ſignificat homini eſſe, & non homini. Verùm monſtratum eſt, quòd aliud ſignificat: neceſſe eſt igitur ſi quid eſt verum dicere, quòd homo ſit animal eſſe bipes: hoc enim erat, quod ſignificabat homo: ſi autem neceſſe eſt, non poteſt idem non eſſe animal bipes: Hoc nanque ſignificat ipſum neceſſe eſſe, quod impoſſibile eſt, non eſſe hominem. Non contingit ergo ſimul verum eſſe, idem dicere hominem eſſe,

A τὸ εἶναι ἢ μὴ εἶναι τοδί. ὥστ' οὐκ ἂν πᾶν οὕτως καὶ οὐχ οὕτως ἔχοι. ἔτι, εἰ ἄνθρωπος σημαίνει ἕν, ἔστω τοῦτο τὸ ζῷον δίπουν. λέγω δὲ τὸ ἓν σημαίνειν τοῦτο· εἰ τοῦτ' ἔστιν ἄνθρωπος, ἂν ᾖ τι ὁ ἄνθρωπος, τοῦτ' ἔσται τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι. διαφέρει δ' οὐθὲν, οὐδ' εἰ πλείω τις φαίη σημαίνειν, μόνον δὲ ὡρισμένα. τεθείη γὰρ ἂν ἐφ' ἑκάστῳ λόγῳ ἕτερον ὄνομα. λέγω δ' οἷον, εἰ μὴ φαίη τὸν ἄνθρωπον ἓν σημαίνειν, πολλὰ δὲ, ὧν ἑνὸς B μὲν εἷς λόγος, τὸ ζῷον, τὸ δίπουν, εἰσὶ δὲ, καὶ ἕτεροι πλείους, ὡρισμένοι δὲ τὸν ἀριθμόν. τεθείη γὰρ ἂν ἴδιον ὄνομα, καθ' ἕκαστον τῶν λόγων· εἰ δὲ μὴ τεθείη, ἀλλ' ἄπειρα σημαίνειν φαίη, φανερὸν ὅτι οὐκ ἂν εἴη λόγος. τὸ γὰρ μὴ ἕν τι σημαίνειν, οὐθὲν σημαίνειν ἐστί. μὴ σημαινόντων δὲ τῶν ὀνομάτων, ἀνῄρηται τὸ διαλέγεσθαι πρὸς ἀλλήλους, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν C καὶ πρὸς αὑτόν. οὐθὲν γὰρ ἐνδέχεται νοεῖν, μηθὲν νοοῦντα ἕν. εἰ δ' ἐνδέχεται, τεθείη ἂν ὄνομα τούτῳ τῷ πράγματι ἕν. ἔστω ἄρα δὴ (ὥσπερ ἐλέχθη καὶ κατ' ἀρχὰς) σημαῖνόν τι τὸ ὄνομα, καὶ σημαῖνον ἕν· οὐ δὴ ἐνδέχεται τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι σημαίνειν, ὅπερ μὴ εἶναι ἀνθρώπῳ· εἰ τὸ ἄνθρωπος σημαίνει, μὴ μόνον καθ' ἑνὸς, ἀλλὰ [καὶ μίαν φύσιν] καὶ ἕν. οὐ γὰρ τοῦ- D το ἀξιοῦμεν, τὸ ἓν σημαίνειν τὸ καθ' ἑνός· ἐπεὶ εἰ οὕτω γε, κἂν τὸ μουσικὸν καὶ λευκὸν, καὶ τὸ ἄνθρωπος ἓν ἐσήμαινεν. ὥστε ἓν ἅπαντα ἔσται· συνώνυμα γάρ· καὶ οὐκ ἔσται εἶναι καὶ μὴ εἶναι τὸ αὐτὸ, ἀλλ' ἢ καθ' ὁμωνυμίαν· ὥσπερ ἂν εἰ ὃν ἡμεῖς ἄνθρωπον καλοῦμεν, ἄλλοι μὴ ἄνθρωπον καλοῖεν. τὸ δ' ἀπορούμενον, οὐ τοῦτό ἐστιν, εἰ ἐνδέχεται ἅμα τὸ αὐτὸ καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι ἄνθρωπον τὸ ὄνομα, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα. E εἰ δὲ μὴ σημαίνει ἕτερον τὸ ἄνθρωπος, καὶ τὸ μὴ ἄνθρωπος, δῆλον ὅτι καὶ τὸ μὴ εἶναι ἀνθρώπῳ, τοῦ εἶναι ἀνθρώπῳ. ὥστ' ἔσται τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι, τὸ μὴ εἶναι ἀνθρώπῳ. ἓν γὰρ ἔσται. τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ εἶναι ἕν, ὡς λώπιον καὶ ἱμάτιον, εἰ ὁ λόγος εἷς. εἰ δὲ ἔσται ἕν, ἓν σημαίνει τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι, καὶ μὴ ἀνθρώπῳ· ἀλλ' ἐδέδεικτο ὅτι ἕτερον σημαίνει. ἀνάγκη τοίνυν εἴ τι ἐστὶν ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι ἄνθρω- F πος ζῷον εἶναι δίπουν. τοῦτο γὰρ ἦν ὃ ἐσήμαινε τὸ ἄνθρωπος. εἰ δ' ἀνάγκη τόδε, οὐκ ἐνδέχεται μὴ εἶναι τότε αὐτὸ ζῷον δίπουν. τοῦτο γὰρ σημαίνει τὸ ἀνάγκη εἶναι, τὸ ἀδύνατον εἶναι, μὴ εἶναι ἄνθρωπον. οὐκ ἄρα ἐνδέχεται ἅμα ἀληθὲς εἶναι εἰπεῖν, τὸ αὐτὸ ἄνθρωπον εἶναι,

καὶ μὴ